



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VII. Markgraf Ludwig bestätigt eine in der Pfarrkirche zu Woldenberg
vorgenommene Altarstiftung, am 24. März 1336.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

nobis aut successoribus nostris cum municione eorum dicta driezen, videlicet castro et oppido, contra quolibet parere debebunt et in singulis nostris necessitatibus cum omnibus ipsorum viribus sine dolo quolibet fideliter obedire. In cuius etc.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 23, No. VIII.

VII. Markgraf Ludwig bestätigt eine in der Pfarrkirche zu Wolbenberg vorgenommene Altarstiftung, am 24. März 1336.

Anno domini M^o CCC^o sexto, die palmarum, in Vrankenford. Ob vniuersarum rerum conditoris laudem et reuerentiam diuinique cultus augmentum iugemque memoriam progenitorum et successorum suorum et animarum salutem propriam dotauerunt et fundarunt strenuus uir dietericus de Bornim, fidelis noster dilectus, nec non Johannes Melcer et willikin de wrizna, ciues nostri in woldinburg, in ecclesia parochiali ciuitatis predictae quoddam altare, consecratum in honore beate Marie virginis, cum octo frustis denariorum annue pensionis, quorum sex cum dimidio in censu manforum et XXX solidi in censu arearum intra muros ciuitatis predictae sita sunt sua propria substantia siue rebus. Qui quidem prenotati, nostram adeuntes presentiam, nobis, ut eidem altari dictos redditus incorporare et appropriare dignaremur, cum instanti instantia supplicarunt, quorum instantiis fauorabiliter annuimus iuxta uota, Eidem altari prenotatus redditus ob perpetuam predecessorum nostrorum bone recordacionis, nostri, heredum et successorum nostrorum memoriam appropriauimus, donauimus sine dacione muneris alicuius, appropriamus presentibus et donamus sic, quod perpetue possit gaudere et uti de eisdem impedimento quolibet rescato, tali condicione, quod dicti altaris presentacio siue collacio postquam nos vniam ad ipsum altare presentauerimus, cuius facultatem nobis post decessum persone nunc dictum altare officiantis referuauimus ad dietericum de Bornim, Johannem Melcer et Willikinum de wrizna redire nulla contradicione interueniente, debeat pariter et deuolui.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg Bl. 25, No. XV.

VIII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Friedeberg eine ältere Zusicherung, wornach ihre jährliche Abgabe nicht mehr als 60 Mark Silber betragen soll, am 7. April 1336.

Eodem anno, die et loco (Arneburg, dominica qualimodogeniti). Recognoscimus etc. quod nos etc. attendentes et diligenti consideracione pensantes obsequiorum et fidelitatis nobis a longinquis temporibus per ciuitatis nostre Vredeberg ciues fideliter inpenforum promptitudinem,